



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è
Societate Jesu**

Giuglaris, Luigi

Francofurti, 1684

Spinea redimitur corona. 58

urn:nbn:de:hbz:466:1-38349

Qui vel in ipsa crudelis Clementia,
Hoc unum punit in Reo,
Quod nullam in eo causam invenerit?
In foro nequitiae
Fuit semper innocentia summum crimen.
Qui te tamen, mi JESU,
Ex ore judicet tuo, credat
Te saxe alligatum Promethei poenas luere,
Quod & ipse, te teste,
Ignem venisti mittere in terram.

Ego nullam invenio
in eo causam.

Prometheus alligatus
Caucaso, quod ignem
furatus esset ē Caelo.
Luci, in Prometh.

ELOGIUM LVIII. SPINEA REDIMITUR CORONA.

Math. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joan. 19.

In Regno patientiae
Non aliud coronat, quam quod cruciat.
Spinatum Deum fixerint Ethnici,
Fecere Judæi.
Ex radiis novam speciem Divinitatis intelliges.
Viarum curator
Moras itinerantium præcavens,
Impedimenta pedum in capite sepelit.
Quidni Arbores
Rhamnum olim in Regem eligerent,
Tanto quandoque sessilium in vertice?
Colligamus de Spinis uvas.
Ex quo vepres inoculantur in Vite.
Labile unicum Christi Regnum non est;
Illiū unius corona radices habet.
Ita robustè mavult, quam venustè regnare.
Initiandus in dolorem arte Magister,
Post examen severius laureatur.
Arundinca tamen Rude donatur,
Ne gravis cuiquam disciplina ejus accideret.
Qui linguam nequam audierat,
Debuit de præcepto Sapientis
Spinis aures sepi.
Sine phalaxis videri Veritas amat:

Deus spinarum apud
Rom. ex Augustino
de Civit. c. 2, lib. 4.

Judic. 9, dixerunt
omnia ligna ad
rhamnum, veni &
impera super nos.

Christus vitis pluri-
bus locis dicitur.

Nulla enim alia co-
rona ita inheret ca-
piti, ut quæ fixa.

Ligureatu vir dolo-
rum, & sciens infir-
mitatem.

Ecclesiast. 28.
Linguam nequam
audisti? sepi auras
tuas spinas.

Sentes mavult tolerare,

Quam frondes.

Sepire vineam tuam venit

Bonus Agricola,

Colligit undequaque materiem sepium;

Id unum stupens, ac dolens,

Quod terra etiam, quæ maledicta non fuerat,

Spinas ferret.

Coronatis devota sacrificio victima;

At quia Luxuria hominum

Omní jam rosas legit ex horto,

Solaz tibi spinæ superfunt.

Sub Iudicio palliastro

Rex verus;

Id quod natus fueras

Te negare non ausus,

Quod nullus tibi invideat,

Regnum ambis.

Meliori utique dignus

Nisi hoe ipsum fecisles omnium optimum,

Quod omni accepta à Patie optione,

Elegisti tuis, ac tibi.

ELOGIUM LIX.

OSTENDITUR POPULO, ET EXSIBILATUR.

Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 19.

Inter Milites quies esse quæ potuit
Deo Pacis?

Perierat illi plurimum de laude patientiæ,

Nisi quæ armatis licent, toleravisset.

Duiores illos expertus est ferro suo:

Crudeles Ludiones hilaravit illusus.

Suis eos descriptos sibi vidi in donis;

Leves agnovit ex Atundine,

Cruentos ex purpura,

Rapaces ex Spina.

Nobilis Actor ferali scenæ serviens

Dum ageret Regem.

Tib.

De Christo, Isa. 58.

& vocaberis adifi-
catores sepium.

Petra autem male-
dictæ dictum, spinas,

& tribulos ger-
minabit.

Impii enim, Sap. 2.

non sit pratum,
quod non pertranscat
luxuria nostra: coro-
nemus nos rosis, &c.

Regnum Christi

Regnum omnium
optimum.

Omnia enim dederat
si Pater in manus.

Tota ea nocte fuit
Christus inter

milites.

*Vsus enim ferri fer-
reas mentes facit.*

*Induerant eum cla-
myde coccinea: coro-
narunt spinæ, & de-
derunt atundinem
in manu ejus.*